

Eugenius quartus papa, Sophia regi:
ne Poloniae.

131

Carissima in Christo filia Sophia regina Polo:
nie illustri salutem etc: Venit ad presentiam no:
stram dilectus filius Johannes Rey canonicus Cra:
coviensis, offerens et prestans nobis plenam obe:
dientiam ex parte tua serenitatis, et carissimi in
Christo filii tui Vladislai regis Poloniae illustris
filii tui. Placuit et cara fuit nobis sua devo:
tio etiam ante cognita et perspecta nobis, seme:
per enim intelleximus, te esse devotam et religio:
sam et timentem Deum, ac debita veneratione
prosequi vicarium Jesu Christi et apostolicam
sedem. Itaque cum filium tuum in eodem timo:
re, devotione, et reverentia institueris, eo maxime
laudanda. Nihil enim maius sibi relinquere
potes, quam timorem Dei, qui reges tuetur et re:
gna, fidei catholicae fervorem, et erga Romanum
pontificem devotam obedientiam, quae in quo re:
gnat, ille est merito rex appellandus. Nos qui:
dem tuam serenitatem, pro iis quae laudabiliter
egit, commendamus in domino, atque offerimus
nos pro statu et honore regis, quem diligimus
ut praecipuum filium nostrum ac etiam tu:
um, et regno conservando et defendendo, ad o:
mnia quae possumus cum Deo et honore no:
stro. Datum Florentiae

592.

8

W BIBLIOTECE POLSKIEJ
KONZERTOWSKICH.

X